Piltinen. seu Curonen. ac sunt idem, et synonima licet nomine distingui videantur; Possores enim hudi bonorum noluerunt nunquam esse ibidem exercitium Religionis Ecclie Catholice Romane, et ideo nomen, et titulum Epatus abolere cupiunt.

2°. Div. me. Ser.me Stephanus Rex Poloniæ restaurando, et postliminio restituendo Epatum Venden. in Livonia, et prius transigendo cum Ser.mo Rege Daniæ Friderico de Epatu Curonen. non extinxit pfatum Epatum Piltinen. immo vere consulens saluti et paci suorum subditorum, redemit a Ser.mo Rege Daniæ pfatum Epatum contra omne jus et fas ab Apostata Epo alienatum.

3°. Qui allegant Bullam Sedis Aplicæ, quasi illius authate instaurationem, seu postliminio restorem Epatus Venden. sit extinctus Epatus Curonen. illam exhibeant. Presumitur enim allegatam Bullam non emanasse cum illius mentio nec in litteris fundationis Epatus Venden. nec in legum volumine facta sit, nec ordines Regni quibus maxime id incumbit, de illa sciant, nec exhibitionem hudi Epatus petierunt.

4°. Ser.mi Reges Poloniæ, in quorum Reipque tutela ac Patrocinio a primæva sua fundatione iste Episcopatus extitit, et ad pns est, Jura Eccliarum Catholicarum, quoties consensum suum sigillo eximendo præbuerunt Clausulas in Privilegijs expressi,